

**3340** litteris bonis. Veronae in coemeterio (in sacrato LIL. GAMM.) S. Firmi maioris ANTIQUI; in fundamento turris S. Firmi maioris SARAYNA; rep. 1612 humi fossum et ad marchiones Malaspinas P. Paulum et Spineonem fratres delatum PALERMUS ms. Nunc in museo philharmonico n. 373.

P · GRAECINIO  
P · F · POB  
LACONI  
ORNAMENTIS  
5 CONSULARIBVS

Contuli. Habent Scalmontius cod. Tarvis. f. 90 n. 6; Marcanova Bern. n. 653, Mut. f. 119' n. 39; Felicianus n. 45; Ferrarinus f. 17; Redianus f. 62' n. 5; cod. Gud. 253 f. 18'; Gammarus f. 120; Lilius f. 46; Iucundus f. 64 n. 9; Sanutus f. 68'; Apianus 327, 5 (inde Smetius 160, 13); denuo ex lapide Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 47, Ital. f. 80 (inde Panvinius p. 226; Grut. 417, 2 ex Apiano et Sarayna); Palermus Plin. (1608) p. 128 et in add. ms. ad Saraynam; Maffei M. V. 116, 3 (inde Orelli 3130).

3 LAGONI antiqui omnes excepto uno Marca-nova Bernensi.

Graecinius Laco praefectus vigilum a. 31 p. Chr. Seianum in carcerem duci iussit (Dio 58, 9. 10), ob hoc ornatus ornamentis quaestoriis (Dio 58, 12). Deinde procurator Galliae fuit imp. Claudio et ab eo ornamentis consularibus ornatus est (Dio 60, 23).

Non supervacaneum videtur ad hunc titulum, qui inter Noniorum titulos in his partibus frequentes primus nobis se offert, indicem eorum proponere, non ut quaestiones cum iis coniunctae expediantur, sed ut qui eas instituent apparatum in promptu habeant. Disputarunt de iis Borghesius in epistula ad Labusium a. 1817 (opp. 6, 61) et eum expilans Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 28 et *iscr. Bresc.* p. 90.


1) *M. Nonius M. f. Fab. Mucianus consul, XV vir sacris faciundis nominatur in titulis Brixianis n. 4345. 4346.*

2) *M. Nonius M. f. Fab. Macrinus consul, XV vir sacris fac., leg. Aug. pro pr. Pannoniae aut superioris aut inferioris nominatur in titulis Brixianis sex n. 4300. 4325. 4336. 4343. 4344. 4361, item in Toscolanensi suo loco edendo. — Uxor eius Arria nominatur in Toscolanensi. Borghesio creditur filius praecedentis, pater eius qui sequitur, probabiliter.*

3) *M. Nonius M. f. Pob. Arrius Mucianus, qui videtur esse nepos eius quem primo loco posuimus (ut hic sit *Mucianus* is, qui titulum n. 4346 dedicavit Muciano avo), item propter nomina filius eius qui secundum locum obtinet et uxoris eius Arriae, nominatur in Veronensi hoc, Brixianis quattuor n. 4318. 4339. 4346. 4355, Bergomate suo loco edendo, praeterea in laterculo feriarum Latinarum a. 201 (... *rio Muciano cos.*) apud Marinum Arv. p. 267, ut mittamus alios eius anni titulos nudum cognomen enuntiantes. A. 189 statuas duas posuit Commodo n. 4318. Consul fuit ordinarius a. 201; honores alios recenset titulus supra scriptus. Uxor nominatur *Sextia T. f. Asinia Polla* in titulo Brixiano n. 4355. Qui evenerit, ut pro tribu Brixianorum Fabia, quae ei paterna videtur fuisse, Veronensem Poblilium adsciverit, ignoratur.*

4) *M. Nonius M. f. Fab. Arrius Paulinus Aper clarissimus iuvenis*

**3341** Colognolae scoperta l. a. 1755 nei contorni della moderna chiesa parrocchiale PEVERELLI. Nuper rep. DION. Reperta dum instauratur turris ecclesiae parochialis ZACC. Deinde in museo Moscardi, inde ab a. 1817 in philharmonico.



Contuli. Habent Peverelli ms. f. 21; Dionisi ms. f. 16 et *apolog. rifless.* (1755) p. 52; Zaccaria *stor. lett.* 14, 78 a Seguiero, ut ait Orti (inde Donat. 90, 4); Osann p. 551; Orti *gente Sertoria* (1833) p. 55 et *l'antico marmo di Valerio Nasone* (Veronae 1836), ubi dat aere expressam (inde Henzen n. 5991).

1 *M·VALERIO·M·F* supplevit Dionisius, quod cum vestigiis in lapide servatis convenit, sed tamen incertum est.

**3342** Veronae rep. 15 Dec. 1810 nell' atterrarsi la torre dell' orologio a Castel Vecchio VENTURI. Extat in museo philharmonico.

M · NONIO · M f  
POB · ARRIO  
M V C I A N o  
COS · PR · XV · uiro      cos. a. p. C. 201  
5 SAC · F · CVRAT ori  
ET · PATRONO · R · p  
VERONENS  
OB · LARGITIONEM eius  
QVOD · AT · THER mas  
10 IVVENTIA nas  
PERFICIEND · H s . . . .  
REI · PVBLIC · D edit  
ORDO

Contuli. Habent *Giornale Veronese* 5 Ian. 1811 q. n. v.; Venturi *descr. di un sotterraneo* (1811) p. 10 et *stor.* 1, 76 tab. 8; Andreas Borda *lettera sulla lapida di M. Muciano* (Veronae 1811. 8 pp. 25); Siauve *lettera sopra l'iscrizione del console Muciano* (Veronae 1811) p. 27—33. 43—45; Labus in comm. Athenaei Brixiani 1812, 28 et *ant. mon. scop. in Brescia* p. 104 (cf. Borgesii epistula ad Labusium 1 Mart. 1817 in opp. 6, 61); Barth. Giulieri *lettere concernenti l'anfiteatro* (Veronae 1817) p. 16; Osann p. 549; Persico *descr. di Verona* 1, 66. 249.

Supplementa retinui quae proposuit Labus.

(n. 4263. 4340), deinde clarissimus vir (n. 4341. 4342), XV vir sacris faciundis, quaestor candidatus, praetor urbanus, curator viae Appiae, iuridicus regionis Transpadanae nominatur in titulo Brixiano n. 4341, qui honores modo dictos recenset, item in aliis tribus n. 4263. 4340. 4342. Ad consulatum num pervenerit, ignoratur; nam titulo ei, unde id effecerunt, locum inter falsos adsignare debuimus. Borghesius tamen eum habuit pro consule ordinario a. 207, de quo praeter cognomen Apri nihil traditum habemus. Mihi creditur ad honores non pervenisse ante Alexandrum, cum a quaestura statim ascenderit ad praetoram. — Uxor eius fuit (*Roscia?*) *L. f. Pacula c. f.* teste titulo n. 4342.

5) *Nonia M. f. Arria Hermionilla*, uxor Sex. Valerii Sex. f. Fab. Poblicolae Vettilliani eq. R., avia M. Annii Valerii Catulli teste titulo Brixiano n. 4483.

6) *M. Nonius M. f. Pob. Mucianus P. Delphius Peregrinus* trib. mil. leg. X fret., quaest., aed., pr., leg. pro pr. provinc. Asiae teste titulo sequente n. 3343.

Scriptores qui supersunt non habent quae certum sit ad hanc familiam pertinere. Incerta conjectura huc rettulerunt quod ex Commodo imperatoris ad Albinum epistula affertur in vita Albini c. 2: *audio et Septimium Severum et Nonium Murcum male de me apud milites loqui*, ubi Borghesio visum est pro Murco restituendum esse Macrinum; deinde quod scribit Galenus ad Pisonem de theriaca c. 2 (opp. 14, 218 Kuehn) Arriae sibi carissimae et imperatoribus quoque (scilicet Severo et Caracallae) dilectissimae δια τὸ φιλοσοφεῖν ἀπρίθως καὶ τοῖς Πλάτωνος μάλιστα χαίρει λόγοις ipsos remedium aliquod subministravisse.